Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Reconfitentes peccata sua. Feria vi ad tertiam.
Me: Loquere que decent sanam doctrinam;
senes ut sobrii sint. pudici. prudentes. sani i fide,
in dilectione. in patientia. anus simili in habitu
sedo. non criminatrices. non multo uino seruientes.
bene docentes. ut prudentiam doceant. adole-
scentulas ut uiros suos ament. filios diligant.
prudentes. castas domus curam habentes. benignas,
subditas uiris suis. ut non blasphemetur uer-
bum dei. Iuuenes simili hortare ut sobrii sint.
In omnibus te ipm pbe exemplum bonorum ope-
rum: in doctrina. in integritate. in grauitate. sa-
num uibum. irreprehensibile. ut is qui ex aduerso
est uereatur. nichil habens malum dicere de uobis.
Seruos domibus suis subditos ee: in omnibus placen-
tes. non contradicentes. non fraudantes. sed in
omnibus bonam fidem ostendentes. ut doctrina
saluatoris nri dei ornent in omnibus. S. lucam.
Dom'ica. Dicebat ihs ad turbas: que exibat
ut baptizarentur ab ipo. Genimia uiparum:
quis ostendit uobis fugere a uentura ira. Fac-
te ergo fructus dignos penitencie: Et ne cepitis di-
cere pem habemus abraham. Dico enim uobis:
quia potest deus de lapidibus istis suscitare filios
abrahe. Iam enim securis ad radicem arborum
posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructu